



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

17. Initia operu[m] ab Rege primo die anni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

dispensatione honoris vacui , titulorum splendore illus. Prima statim Luna (quæ vti & Sinis Februarij quinto est propior , quod solsticium hibernum ab æquinoctio , hiemem à vere diuidunt) prodit Bua sua è Regia (quæ vulgo Dan dicitur) comitatus innumerabilis superbo apparatus ; Ciua ipso , procedentis latus , in cultu regifico tegente , praecedit militia omnis , cum Literario Magistratu , nobilitate , ac populo longa ordinibus ; portatur , extatque supra omnium capita suo in throno Bos , ea quam gereret simulachrum viuens tumidas maiestate . Exitur extra frequentiam ædium in campum ceremoniae tantæ sacrum illie riu sollemni ccelo , & terræ Bua sacrificat ; indè stiua prehendit ornatissimi aratri , & iunctos illi boves , stimulo incitat , ductoque passuum aliquot , brevi sulco , in palatum suum reportatur , quo eius horram tacito , rustica vbiique omnes opera repetunt , agrisque ad frugem extant per hiemem desides , & à ligone ac vomere oriosos . De Sinarum exemplo veteri morem hunc annuum retinent Tunchinenses , donec illum suis sepulti palatiis Sinarum Reges non obeant , nisi quo die inaugurarunt corona imperij , sed habent aliquid in eo quam Tunchinensis illustrius . Sinarum Rex ipsenam agellum arat , & seminat Mandarini interea partem operæ , certatim , & sedulo in vicem præcipientibus , frangenda gleba , coæquandis sulcis , occanda semente , & sepiendi , cuius deinde in faleem , & trituram maturæ , purgata grana Regiaturuntur , velut eius laboris fructus , & pretium . Imperatrix quoque in agello eodem quem verit agricola maritus ad morum accedit , acceptaque ex ea ramis , quærit in iis folia nondum nata , que sapienter nisi sera non mittrit . Vtque suo illo exemplo Rex viros , ad exercendos agros vocat , sic & feminas Imperatrix ad bombicum & sericetum , quo Regni eius locupletissimi præcipua opulentia fulcitur . Præ hanc Bua honorarij munieris functionem , Regem item Sinarum in exemplatur , quod ab eius in regnum aditu , nouis incipit toto regno annorum cardo , qui eius morte cum eo interit , aliisque ab eius successore duci ordo annorum incipit . Nomen præterea omisso vena nouum sumit , longa ariolorum & Literatorum indagatione idcirco leatum , quod pendere ex eo maximè faustitatem publicam somnient , cogantque illum , si sterilitas aut pestis annum vexauerit , omisso nomen , ominato mutare . Ad hæc Literarios confert gradus , & bimense quois , redeunte , & integra Luna , obsequiosissimis prolationibus honoratur , eiisque nomine legati , ad Regem Sinarum cuncto tributo , triennis singulis mittuntur . Sed hinc tacito illo , vi qual rem nostram perpetuum faciat ; Ciuan deinceps Regem vocabimus , estque is omnino Tunchini Rex , & duclum à maioribus Regiæ dignitatis , potestasque ius transmittit in filios . Quanta vero sit eius potentia fortassis hic non persuaderem , sua est enim quibusque imperii prædicti & publici ratio , vique illos rideamus cum sibi nostras regiones regnas & steriles ; habitatores incultos , & aggressus singant , sic iij mero-

17.
Initia operi
ab Rege pti-
mo. die anni.

18.
Bua Tunchi-
ni Rex. ini-
nis Ciua Rex
vetus.